

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exortationes philosophicae, ad varia phil. partium capita accomodatae -  
Ettenheim-Münste 105

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio III.

[urn:nbn:de:bsz:31-110983](#)

de Petro, sed et de paulo, Jacobo, et omnibus ceteris hominibus. Atque  
locus continetur natura universalis in predicando. Ergo p.

~~Resp. Dist. maj.~~ Predicatum Homo in natura hominis inest et  
apta dignoscitur predicari de Paulo, Jacobo, et omnibus ceteris homi-  
nibus singulariter, conce. universaliter, et velut quadam natura  
universalis, qua sit proorsus una et eadem in singulis, neg. maj. min.  
et cons.

Ergo. Natura hominis apta est predicari universaliter de omni-  
bus hominibus. Ergo p. Prob. ant. Est una et eadem in omnibus  
hominibus. Ergo p.

Resp. neg. ant. ad ejus prob. neg. ant. Nam natura humana  
non est una et eadem in omnibus hominibus, sed est similis dum-  
taxat, et que in Petro est differt realiter ab ea, que in paulo est,  
et sic de singulis.

Ob. 4. contra Conclu. jam Si natura per mentem abstracta in 64.  
cipientur una unitate entitatis, jam non erit universalis, sed sin-  
gularis. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Non erit universalis sed singularis quantum ad  
entitatem, conce. quantum ad representationem, neg. ant. Ea  
enim idea universalis dicitur, quo omnia individua exhibere  
potest.

Ob. 5. Nulla est hujusmodi natura, quo multa representare 65.  
posint. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Nulla est hujusmodi natura, p. à parte rei at in  
rebus ipsi, conce. ex parte mentis, neg. ant. fit enim hoc idea uni-  
versalis per mentis perceptionem.

Ob. 6. Mens decipitur, cum naturam aliquam concipit, qua 67.  
à parte rei talis non est. Ergo p.

Resp. neg. ant. Quia dum mens naturam ut universalem con-  
siderat, seu à singularibus abstracta, vel denique sine singulari-  
bus concipit, non idcirco judicat, cum esse universalem, seu entia  
singularia existere: unde vulgo dicitur abstractionem non esse  
mendacium, seu quod Mens abstracta non erit.

### Exercitatio Tertia.

Ad Cap. 2. part. i. Metaphysics n. 13. et seq.

An Essentia et Existentia rei ejusdem inter se distin-  
guantur?

Conclusio. Essentia actualis et Existentia entia ejusdem rei 68.  
non distinguuntur inter se realiter.

Prob. Id est non distinguuntur inter se realiter sed sunt unum  
quid et idem, que sunt quid individuum in se. Atque Essentia  
actualis et Existentia sunt quid individuum in se. Ergo etiam  
unum quid et idem. Prob. min. Ea sunt quid individuum in se,  
qua diridi aut separari ab invicem nullatenus posunt. Atque  
Essentia actualis et Existentia diridi aut separari ab invicem  
nullatenus posunt. Ergo p. Prob. min. Quandocumque ponitur  
Essentia actualis semper etiam ponitur Existentia, ad eos ut im-  
possibile sit, Essentiam esse autem extra causas positam, et non  
existere, adeoque ei ipsi habere suam existentiam; scilicet enim  
aperte extra causas posita simul et non posita p. Ergo p.

## Solvuntur Objectiones.

69. Ob. 1<sup>o</sup>. Plurima attribuuntur Essentia creaturarum, que caro-  
dem existentis tribui non possunt. Ergo distinguuntur realiter ab in-  
viciem. Resp. ant. Essentia diuinitus necessaria, existentia vero  
contingentes; Essentia per se convenientia rei, Existentia vero per acci-  
dens. Ergo p.

Resp. neg. ant. Eps. de Ieius prob. Dist. ant. Essentia possibilis di-  
cuntur necessaria, cone. Essentia actuale, neg. ant. p. Nostra au-  
tem Conditio procedit de Essentia actuali et Existentia ejusdem  
rei, quaecum una aquae contingens est se altera, quippe Essentia  
actualis nihil aliud esse intelligitur quam ipsa rei Existentia; quod  
si ergo haec contingens dicatur, neceps e sit, ut et illa etiam contin-  
gens aperatur.

Inst. Essentia actualis et Essentia possibilis est una et eadem Es-  
sentia. Ergo si haec est necessaria, etiam illa e sit necessaria.

Resp. Dist. ant. Est una et eadem Essentia quasi representativa  
et objective, cone. quia ubique eadem predicata essentialia re-  
presentantur et cognoscuntur. Eadem Essentia entitative et  
physica, neg. ant. Essentia quippe possibilis nihil est actus, sed  
solummodo potentia; actualis vero est aliquid actu et physice.

70. Ob. 2<sup>o</sup>. Si Essentia creature sit quid realiter idem ac ihsus Exis-  
tentia, sequitur creaturam esse hunc esse. Atqui creatura non  
est hunc esse, Sed Solus Deus, Ergo p.

Resp. Dist. maj. Sequitur creaturam esse hunc esse dependenter  
et ex hypothesi quod à Deo producta sit, cone. Absolutè et in-  
dependenter à Creatore, sive à sui causa non pendens, neg. maj.  
et sic Dist. min. neg. cons. Creatura igitur non est hunc esse ab-  
solutè, et citra dependentiam à Deo, quia nisi Deus illam ex ni-  
hil produxisset, certè à se ipso nunquam extitiperet; Sed est hunc  
esse dependenter sive cum dependentia à Deo, et ex hypo-  
thesi, quod ab eo producta sit; non enim est res distincta a hunc  
esse, cum nihil plene sit absque hunc esse.

Inst. 1<sup>o</sup>. Sequeretur existentiam esse de conceptu Essentia  
creata. Atqui hoc est falsum. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Sequeretur existentiam esse de conceptu Es-  
sentia ut sic et praeceps talis, neg. maj. Essentia physica et citra  
causas posita, cone. maj. Creatura quippe extra causas posita  
in statu reali includit existentiam, quia per eam formaliter  
constituitur in statu physico et reali.

Inst. 2<sup>o</sup>. Existere per hanc Essentiam est perfectio solidi Deo pro-  
pria. Ergo impossibile est, ut creatura existat per hanc Essentiam.

Resp. Dist. ant. Existere simpliciter et per se p. cone. Existere  
per hanc Essentiam ut productam et dependentem à Deo crea-  
tore est perfectio p. neg. ant. et cons.

71. Ob. 3<sup>o</sup>. Actus et Potentia re vera inter se distinguuntur. At-  
qui Essentia est Potentia, Existentia vero Actus. Ergo p.

Resp. Dist. min. Essentia objective est Potentia, cone. Es-  
sentia actualis, neg. min. et cons.

Inst. 1<sup>o</sup>. Existentia re vera reipicitur in Essentia tanquam illius  
actus. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Existentia reipicitur in Essentia metaphysice consi-